

commiffam tenet Lapis allegatione 6. num. 5. versiculo nec est opus, sequitur Card. Tusc. tom. 3. litera E, conclus. 502. num. 2. & per consequens, nec res iudicata, ex titulis de sententia, & re iud. in ff. C. & decretal. & probat text. in l. 1. C. de executione rei iudicata, cum concordantibus, ubi Doctores communiter; nihil mirum, ut nec transeant in rem iudicam gesta extrajudicialiter eorum remedia referentur, velut adversus alia facta à privata persona in alicujus damnum, argumento cap. conquerente, de restitutione spoliat. & quæ ibi Doctores, & Menoch. de recuper. rem. 1. num. 111. & de arbitrariis iud. l. 1. q. 7. à n. 75. Nav. in c. cum contingat, de rescript. 7. causa nulli. vers. hac autem causa.

29 Ex hac declarata, & expedita natura, modoque procedendi extrajudicialiter tam in genere, quàm in specie, circa provisiones, absolvere poteris illam ventilatam questionem, in qua non paucum laborem consumit Lambert. de iure patron. 3. art. 2. q. princ. 2. p. l. 2. fol. mibi 117. & seq. an collatio, electio, presentatio, institutio, seu aliter beneficii provisio, die feriato in honorem Dei fiat, in qua multis autoritatibus relatis concludit, quod aut in illis proceditur extrajudicialiter, & tunc omni tempore, & die feriato, etiam ob honorem Dei posse fieri provisiones, & celebrari omnia acta extrajudicialia, at verò quando in his proceditur extrajudicialiter, & in forma iudicii (quando id accidat inferius declarabo) contrarium sit dicendum, ut latissime per eundem Lambertinum vides.

30 Quò pertinet dispositio text. in cap. ut circa, de electione, lib. 6. dum disponit quòd nullus audiatur appellans ab electione facta, vel facienda objiciens exceptiones contra personam electi, vel eligendi absque forma iuramenti (de qua ibi) quia procedit quando ab electione extrajudicialiter facta appellat objiciens, secus autem quando judicialiter de ea cognoscitur, per text. in c. constitutio. 4. de electione, eodem lib. de cujus intellectu nos infra latius.

31 Et ex hoc eodem fonte fluit alterius resolutio; an presentatio possit fieri extra territorium habentis instituire, & an Episcopus possit confirmare electionem, vel presentatum instituire extra diocesim, & affirmativè respondeatur, si extrajudicialiter procedatur, text. in cap. post electionem, de concessione prebend. cap. qua fronte, de appell. quando verò judicialiter, & in contradictorio iudicio procedi contigerit, secus, ut per eundem Lambertinum in 6. art. d. 2. q. princ. 2. lib. 2. & videri de alia per eum in art. 5. & art. 7. ibi, & infinitos actus, qui possunt celebrari, & fieri extra diocesim, provinciam, vel jurisdictionem, longa manu congesit Hieron. Gonzal. in reg. de mensi alterna. gloss. 62. a princip. alii etiam casus quibus proceditur extrajudicialiter, vel quibus ita procedi mandatur, in discursu hujus capituli apparebunt, & de aliis eorum effectibus, inter quos & illum, quem hic indagamus, ut quando in eis & in electione, confirmatione, institutione, & provisione beneficiorum proceditur, conservata sua natura primæva, & sic extrajudicialiter, ut appellatio emissa non suspendat effectum provisionis, nec violentia committatur ex denegata delatione per Lancel. Hieron. Gonzal. Nicolaum Garc. Laram, & alios ultra allegatos in princip. hujus cap. ad regul. generalem inferius probabimus.

32 de alia per eum in art. 5. & art. 7. ibi, & infinitos actus, qui possunt celebrari, & fieri extra diocesim, provinciam, vel jurisdictionem, longa manu congesit Hieron. Gonzal. in reg. de mensi alterna. gloss. 62. a princip. alii etiam casus quibus proceditur extrajudicialiter, vel quibus ita procedi mandatur, in discursu hujus capituli apparebunt, & de aliis eorum effectibus, inter quos & illum, quem hic indagamus, ut quando in eis & in electione, confirmatione, institutione, & provisione beneficiorum proceditur, conservata sua natura primæva, & sic extrajudicialiter, ut appellatio emissa non suspendat effectum provisionis, nec violentia committatur ex denegata delatione per Lancel. Hieron. Gonzal. Nicolaum Garc. Laram, & alios ultra allegatos in princip. hujus cap. ad regul. generalem inferius probabimus.

33 Secundo modo proceditur etiam in collatione, presentatione, institutione, electione, seu confirmatione, & provisione beneficiorum judicialiter, in forma iudicii & juris ordine servato, cum contradictore: & tunc requiritur distinctiva pronuntiatio: text. expressus in cap. constitut. 41. in ordine, de elect. l. 6. text. in clem. dispensatam, de iudicis: text. in c. dudum 2. de elect. text. in c. exhibita, de iudicis: cum aliis pluribus, tam in iuribus, quàm autoritatibus, quæ in discursu apparebunt, quòd ut plurimum, & frequentius solet iis casibus ita judi-

cialiter, scilicet; cum causæ cognitione, & in contradictorio iudicio procedi, vel ex voluntate collatoris providentis, vel ex necessitate juris, quod ita cognosci impellit secundum casus, & occasiones occurrentes, & prout natura negotio postulat, ut dicit Hieron. Gonzal. gloss. 6. in annotat. n. 43. & 44.

Sed ut clariùs procedamus, exempla desuper constituere libet, & primo tunc ex voluntate providentis provisionem fieri iudicalem accidit; quando iudex executor literarum Apostolicarum super collatione alicujus beneficii vult assumere partes iudicis, & judicialiter in provisione procedere, cum citatione, & audientia aliorum, & alterare naturam ejusdem, ad quod nullo modo tenetur regulariter, si non vult, nisi in certis, & limitatis casibus, in quibus ad id iure cogitur, & adstringitur, ut per Doctores in cap. fin. de presumption. & presentim Feli. à num. 16. Flores de Mena, in pract. tit. quæst. q. 4. à n. 21. & per nos latius infra, p. 5. & constat ex dec. 4. de sentent. & re iud. in antiq. & de rescript. decis. 7. etiam si sit ei onerata conscientia. Gloss. in clem. uni de offic. delegati, & ex Bald. Alex. Alva. & alii tenent Menoch. de arbit. lib. 1. q. 17. à num. 14. & supra, & quod executor gratiæ, si vult, possit judicialiter partes audire, & citare, tenet Mandosius in tract. de monit. q. 60. num. 16. & in regul. 34. quæst. 32. & ex aliis late Flores de Mena supra, n. 33. & 34. Quod ex identitate rationis extendo, & intelligo, locum habere in cæteris actibus extrajudicialibus: dummodo celebrentur ab his, qui aut delegatam, aut fortius propriam jurisdictionem aliàs habent, ut colligitur ex his quæ Abb. consil. 41. 1. p. sub n. 1. & per Puteum decis. 144. à n. 1. incipit, fuit dictum in una Conchen. decis. 473. n. 1. lib. 2.

Quoniam ut inquit gl. in clem. sepè, de verb. verbo, irritandus, & ibi Doctores & Jaf. in l. si unus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis, & consil. 174. & alibi passim per ordinarios ibi, quod mutare formam iudicii in minorem causæ cognitionem non possit etiam partibus consentientibus, & tunc processus est nullus: at verò e converso, & sic in majorem cognitionem contrarium est dicendum; nam ubi non requiritur figura iudicii, & iudex procedit plena causæ cognitione adhibita, non contradicente parte aliqua, valet; & reddit rationem gl. quia in isto ultimo casu res redit ad jus commune, & suam naturam quod facile fit, c. ab exordio. 35. dist. l. si unus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis, latissime post plurimos de hoc tractat Giurba decis. 74. n. 12. vide infra, n. 134. In priori autem casu est contra jus commune, & quod naturali rationi convenit, ut in omnibus ut prius quis cognoscat id, super quo iudicare debet, & propterea dici consuevit, quod causæ cognitio à jure divino descendit, ut inquit Abb. in c. de causa poss. & propr. Fel. in c. Eccl. col. 12. vers. i. not. de constit. adinventata ad naturalem justitiam conservandam, & ideo sententia causæ cognitione non præmissa ipsa jure nulla est, ut ex aliis late Vantius de nulli. sententiarum ex defectu processus, n. 30. & 31. in velocitate autem, & brevitate magis se demonstrat, & signat iniquitas, secundum cap. inter hac & hircum, in prin. de penit.

Quod autem iudex ex necessitate juris astringatur, etiam ex invito, in provisione beneficii & in aliis actibus assumere partes iudicis, & iudicium formare ex variis causarum figuris demonstrabitur, & imprimis, quando jus, vel aliqua alia dispositio utitur hoc verbo (iudicium,) prout (iudicium fiat, formetur iudicium) & similibus: tunc iudex debet procedere judicialiter ex virtute, & propria significatione verbi (iudicium) quod in judicialibus actibus, non autem extrajudicialibus potest verificari. Quod probatur primò ex cap. constitut. 41. de electione in 6. ubi ad faciendam distinctionem inter appellationem interpositam in electione judiciali vel extrajudicialiter facta, utitur hoc verbo (iudicium,) & (extrajudicium,) & idem probat text. in cap. 1. de appellat.

appell. l. 6. juncta gl. verbo, in iudicio, verbo, vel extra iudicium, ubi ad denominandam appellationem iudicalem, & ab actibus judicialibus interpositam, dicitur in iudicio factam, appellationem verò extrajudicalem, & ab extrajudicialibus actibus contratio utuntur, extra iudiciumque interpositam vocant, & hoc idem suadet DD. qui in proposito, eodem loquendi modo utuntur, presentim Lamber. de iur. patr. 3. art. 2. q. princ. 2. p. lib. 2. f. mibi 117. nu. 11. ubi referens unum casum, in quo iudex debet beneficium providerè cum causæ cognitione judicialiter; dicit, quòd tunc iudicium debet fieri inter partes, & iterum, efficitur iudiciarius, iudicii tamen summarii, &c. & probatur ex universis titulis, de iudicis, qui judicialibus tantum actibus sunt adscripti.

Contraria enim sunt, & sibi invicem repugnantia judicialia, & extrajudicialia, quemadmodum sibi ipsis forent contrarii testes, si alius diceret; Petrus hoc fecisse in domo; alter verò extra domum fecisse affirmet: & ideo dixit Gonzal. in d. gl. 9. in annot. num. 31. quòd actus extrajudiciales nunquam transeunt in rem iudicatam, ex quo in eis deficit iudicium: ex quo namque 41 remouetur nomen, remouetur titulus, vigor, & effectus l. à nullo, & ibi Odofred. & Bald. notant, Cod. de ferrii, l. divimo, juncta gloss. C. de frument. Alex. l. 11. & l. fin. & ibid. Bald. & Salic. C. de inoffic. testam. iudiciale enim à iudicio dictum est, extrajudiciale verò ab eo derivatur; non quod in iudicio, sed extra id celebratur, & ita notoriè suadet ipsa verborum significatio, à qua non est recedendum, l. non aliter, ff. de leg. 3. & ipsa verborum etymologia, à qua rectè argumentatur, prout iustus à justitia, injustus ab injuria, de quo per Everard. in locis leg. in loco ab etymol. eo namque ipso, quòd aliquid gestum in iudicio testatur, extra iudicium gestum fuisse negamus, faciunt expresse, quæ supra diximus versic. pro quo facit quod appellatio, &c. n. 20. ubi probavimus, aliis citatis, appellationem extrajudicalem eam esse, quia fit ante iudicium coeptum, & ante citationem; ad differentiam appellationis judicialis, quæ necessariò proponitur intra limites iudicii, eo cocepto, & fulminato.

Et suadet ex significatione propria hujus dictionis 43 (iudicium) secundum S. Thom. 2. 2. q. 60. art. 1. Nav. in rub. de iudic. nu. 14. Agnium in praxi iud. in prin. Paz, in praxi, in 1. annotat. de iudic. nu. 2. iudicium significare, discussionem causæ, vel processum iudicalem, per cap. foras, de verbor. signifi. proprie enim, & originaliter significare dictionem juris, id est, actum iudicis, quatenus est iudex, & jus inter litigantes dicens, seu discernens, & probat etiam distinctio dictionis (iudicium) quam ex Abbate refert Parlador. in sesquicenturia. different. 128. n. 2. & facit quæ deduxit Paz, ubi supra, n. 35. & 39. ubi quòd propriè incipit iudicium à litis contestatione, improprie verò à citatione.

44 Quò insuper pertinet, quòd si aliqua dispositio juris, Principis, vel iudicis, utatur hac dictione (lis) ut putà; (super lite procedas, vel procedatur; litem dirimas; lis definiatur; litem conficit, litem abbrevies) vel quid simile; tunc tacitè censetur velle, ut in forma judiciali procedatur, ex propria significatione dictæ dictionis (lis) quæ propriè dicitur causa ipsa deducta in iudicium, ante litis contestationem: text. in l. litis nomen, ff. de verb. signific. l. nulla, C. de procur. & multa, quæ in hujus rei comprobationem faciunt, adducit Maranta post alios, de ordine iud. 5. p. art. 63. Paz in praxi, in 2. annot. de instantia, n. 4. & licet verificetur etiam in extrajudicialibus, secundum Panorm. & Decium, n. 7. de appellat. quod improprie sic dicitur. Quod autem attinet ad jurisperitos tam Cælareos, quàm Pontificios, lis non dicitur, nec verificatur, nisi in judicialibus, & lite contestata jam, probat text. in cap. ex p. 30. de verb. signific. & tradunt Felin. & ceteri scribentes, in

cap. super questionum, in primo. de offic. deleg. & sequitur Parlador. in sesquicenturia. different. 128. nu. 4. imò litem non aliter, quàm per coeptum iudicium, & litem contestatam dici, affirmat, & communiter ita tenent post Minfing. & alios, Lancelot. de attent. 2. p. c. 4. in presentation. n. 155. ideo quando verbum (lis) profertur à lege, intelligitur post litem contestatam. l. 3. & ibi not. C. fin. regul. & Bart. in l. amplius non peti. ff. rem. rat. habens, Socin. cons. 245. considerato, num. 13. lib. 2. & vide late Lancelotum proximè relatum, n. 7. & 8.

Et quia in actibus extrajudicialibus non dicitur lis 45 introducta, ut notant DD. in cap. fin. de elect. libro 6. Lambert. de iure patron. lib. 2. p. 2. 2. princ. art. 3. c. 3. & per totam, & art. 6. num. 3. Lancel. de attent. 2. p. c. 4. in prefatione, n. 275. in noviori impressione, Gonz. in regul. de men. gl. 6. in annot. nu. 32. nec per actum extrajudicalem beneficium, nec res dicitur litigiosa, ut per Bart. doctrinam, in leg. 6. res litigiosa, C. de litigio. n. 1. pluries canonicatam per Rotam in locis relatis ab ipso Hier. Gonz. loco relato nu. 18. & quod magis est, nec etiam per appellationem subsequutam, & etiam præ- 47 sentatam coram superiore ab ipso actu extrajudiciali efficitur litigiosum beneficium, nec lis dicitur pendere, ut ex his, quæ late per Lancelot. Robert. de attent. 2. c. 4. in prefat. à n. 178. cum pluribus sequentibus, & 1. p. c. 3. à n. 132. vide Gratian. post alios, in disceptat. for. 1. tom. c. 66. à num. 38.

Tunc similiter etiam cognosces, teneri iudicem omnino judicialiter in contradictorio iudicio procedere, & partes iudicis assumere; quando in literis ad providendum de beneficio, vel ad dispensandam, aliivè in quibusvis dispositionibus adest clausula (vocatis vocandis) vel (ut aliquis citetur) ut post Innocentium, & alios concludunt plenè Immol. nu. 12. & 13. Abb. n. 3. cum sequentibus, Felin. n. 22. usque ad n. 29. multipliciter declarant post alios. Anton. Gabriel. l. 2. de citation. conc. 1. ex n. 291. cum sequentibus, Puteus, decis. 473. n. 1. l. 2. Rota, in formis decis. 367. incipit, in forma communi, Abb. in c. exhibitæ de iudicis, per illum text. in ultim. nota. Card. consil. 63. incipit, Dominus noster Papa, idem Cardin. singulari hoc reputans, in cons. 92. incipit, Nobilis viri Domini Visigera, n. 1. colum. ubi dicit, quòd ista clausula est tanti vigoris, quòd etiam si adjiciatur executori, qui aliàs esset metus operatur, ut teneatur assumere partes iudicis, & dicit, probari in dist. cap. exhibitæ, & quod ibi habetur super gloss. 3. & idem etiam dicit, illura sequutus Felin. in d. cap. fin. n. 23. & in d. cap. exhibitæ, n. 4. ubi multa elegantissima dicit.

Et idem pro conclusione evidenti firmant Zarabel. 49 cons. 92. favendo, n. 2. Rota, decis. 349. aliàs 12. n. 2. de off. deleg. & decis. 30. rescript. in novis, Hug. Cellus, in tract. clausul. n. 65. Bognin. Cavalc. decis. 46. n. 415. p. 1. Berol. consil. 14. nu. 13. l. 1. Aldobr. decis. 202. sub n. 1. p. 1. divers. Caputaquen. decis. 284. vol. 2. verbo ordinarius, p. 2. Joan. Baptista. Ferrer. cons. 247. n. 9. Marius Ant. var. resol. 39. & ita resolutum fuisse in Rota in una Pisciensi. 21. Febr. 1378. & in causa Giennens. 21. Octo- 50 br. 1552. testatur Aldobran. ubi supra, dicentes, quòd etiam meri executores virtute dictæ clausulæ fiunt mixti, & coguntur assumere partes iudicis, plures citat Hieron. Campani. divers. jur. can. rubr. 12. cap. 13. à n. 260. & pro evidenti scribit Flores de Mena. in pract. qq. q. 4. num. 32. Gonzal. in d. tr. de mensi. alter. gl. 9. in annot. nu. 19. & 21. idem Fel. in c. exhibitæ d. n. 4. de iudicis, & in c. de cetero. n. 10. de re iud. Staphileus 8. forma mandati, de provid. n. 8. additio Rotæ, dec. 12. de off. deleg. in novis, nu. 2. Marchellan. de commiss. 2. p. c. 3. de commiss. app. ex n. 21. Gomez. in c. statumimus, de rescript. in 6. n. 77. Nicol. Garz. de benef. 6. p. c. 2. n. 111.

Quod limitandum est, quando nullus apparet, nec reperitur contradictor, seu adversarius, quia tunc etiam



etiam stante dicta clausula (vocatū vocandis) non teneretur iudex executor assumere partes iudicis, citare, nec judicialiter procedere, ut statim infra dicitur. Vide quæ Marefcot. *variar. resol. lib. 2. cap. 1. nu. 80.* ubi bene de hac clausula.

- 52 Ex his convenit, quod quando examinantur testes, & sumuntur informationes super habilitate, vel inhabilitate alicujus personæ ad aliquam dignitatem promovendam; tunc enim nec etiam partis citatio requiritur, secundum Immol. in *cap. 2. n. 9. vers. limita ultimo*, & ibi etiam Anton. de Butr. *num. 13. in fine, vers. idem ubi agitur*. Abb. *num. 7. vers. secundus casus*. Aretin. *nu. 8. post med. vers. nam informatio*. Felin. *vers. secundo limit. Dec. n. 45. extra. de testib. Rom. singul. 369. fuit unus ex nobis, vers. quartus fallit*, Socin. *reg. 406. in 2. fallentia*, Campeg. *de testib. regul. 164. in 16. fallent. Jacob. Novell. reg. 215. in 2. fallent. Crot. in tract. de testibus, p. 352. Marfil. in d.l. de unoquoque, n. 66. ff. de re iud. Practic. Cotrad. de offic. prator. in causa civil. rub. de testib. n. 9. in secunda limitatione, fol. 67. col. secunda*, Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 682. nu. 17.* Imo & adhuc sine citatione, & sine juramento testes sumendi sunt, prout dicimus de testibus recipiendis ex officio pro informatione, & instructione Curia, quia hæc instructio, & informatio non habet formam iudicis, vel proceus. Bald. in *l. 3. §. si tibi, col. 2. vers. sed pone, ff. de conditione ob turp. caus. Alber. de Malet. in tract. de testib. c. 7. num. 38. & seqq. Angel. de malefic. in verbo quod fama publica, n. 11. & post Salicet. Marfil. in leg. de unoquoque n. 75. vers. dicas tamen, Marant. de ordine iudic. 6. p. memb. 1. rubr. de citat. n. 20. Foller. in pract. crim. in verbo, & si consistebuntur, in 3. p. tertia partis, n. 40. & in verbo, & demum repetantur testes, n. 1. Arnald. Albert. in tract. de necet. dict. q. 34. num. 16. ante finem, Anton. Gabr. l. 2. tit. de citatione, conclus. 1. n. 328. ubi alios refert, Gravate. *ad Vestr. lib. 6. cap. 2. num. 30. Clar. in pract. §. fin. q. 45. vers. ceterum, referens*, Mascard. *de probat. lib. 1. in prefatione, quest. 5. num. 39. vers. 2. sed hoc intellige, & lib. 3. concl. 1366. num. 6.* Franc. Personat. *de iudicis, & tortur. num. 18. in fine*, ubi quod ita Doctores communiter tenent, *nu. 19. etiam in fine*, Flam. Chartarius, *in loco præcitato*, ita communiter servari, & etiam in statu Ecclesiastico, testator, & in pract. interrog. reorum, *l. 3. c. 3. n. 61.* & ex recentioribus consulendo tradiderunt Bertazz. *conf. 553. num. 4. vers. 2. dato, lib. 2. Decian. conf. 92. n. 33. vers. & licet, l. 2. Honded. conf. 101. nu. 21.* ubi testatur de generali consuetudine, quam etiam dicit vigere in Curia Perusina, Prosp. Farin. *in pract. crim. tract. de testib. q. 72. n. 135. & superius, num. 51.* & nos diximus superius, à num. 6. cum multis seqq.*
- 53 Tamen præfata doctrina procedit in statu, & terminis, de quibus loquitur; nempe antequam quis sit promotus ad dignitatem, & quando de ejus habilitate sumitur extrajudicialis informatio; secus autem si jam quis esset electus ad dignitatem, & ageretur de illum removendo à tali dignitate, tunc enim judicialiter agendum est, & in tali informatione proculdubio partis citatio requiritur, prout declarant Abb. *in dict. c. 2. num. 7. in fin. vers. & intellige hoc*, & ibi etiam Aretin. *n. 9. vers. 2. fallit, juncto num. 10.* ubi etiam alio modo declarat, eum omnino videas, Felin. *nu. 8. vers. non credis, quod istis, &c.* ubi etiam bene declarat Decius, *n. 45. & seqq. extra. de testibus*, Mascard. *dict. conf. 682. num. 18. late prosequitur* Prosp. Farin. *in tract. de testibus, q. 72. à num. 52.* vide etiam Marefcot. *variar. resol. lib. 2. cap. 1. num. 10.*
- 54 Hæc autem quæ diximus, de clausula (vocatū vocandis) pariter & ex identitate rationis extendenda sunt ad dispositionem, mandantem procedi cum causæ cognitione, prout (adhibeas) vel (procedas cum causæ cognitione, &c.) quoniam ubi causæ cognitio requi-

ritur, ibi necessariò debet intervenire citatio eorum quorum interest, ut probant Aretin. in *l. Gallus, §. & quid si tantum, col. fin. de liber. & posthum. Card. Ruin. conf. 96. nu. 10. lib. 1.* Portius, *conf. 106. num. 34.* Molin. *de Hispan. primogeniis, lib. 3. cap. 3. nu. 13.* ex his quos ad naturam causæ cognitionis supra, citavimus, quia tunc omnino debet in forma judiciali procedi, cum debeat citare, & ex jam dictis, & ex his quæ de citatione dicemus, & conducunt bene quæ per Marefcot. *var. res. lib. 2. c. 1. n. 57.* & quoniam causæ cognitio ad iudicem, ut iudicem, & jurisdictione utentem, non autem ad merum executores, vel ejus officium spectat, ut omnibus notum esse, dicit Sebast. Vant. in *tract. de nul. sentent. ex defectu citationis, n. 33.* & probat text. in *l. 3. §. causa cognita, ff. de honorum poss.*

Desuper & alio modo cognosces, iudicem in actibus extrajudicialibus sui natura, teneri partes iudicis assumere, judicialiterque, & in contradictorio iudicio, cum causæ cognitione procedere, tunc scilicet, quando comparet aliquis contradictor, & opponit legitimas exceptiones, & rei, de qua agitur, necessarias, vel ex ejus natura provenientes, ut sit tractatur de collatione, electione, institutione, vel aliter de provisione beneficii, & alter oppositor, vel contradictor comparens, opponat illum non clericum, vel malè ad ordines promotum, irregularem, aut bigamum, & super regularitate, vel bigamia malè dispensatum subrepticè, vel esse excommunicatum, intrusum, aut simoniaicum, aut criminofum, vel quod ad Ordinarium non pertinet beneficii collatio, quia est juris patronatus, & sibi competentis; vel quia est in ejus possessione, vel est aliàs litigiosum, & aliter is, qui comparet, aliquod præjudicium prædendit; quia tunc omnimodo alteratur natura provisionis, & actus extrajudicialis, ex hoc in judicalem transfertur, & comparens debet judicialiter, & in contradictorio iudicio audiri.

Pro quo primò expendo doctrinam Lambertini, in *tract. de jur. patr. in 3. art. 2. q. princ. 2. p. l. 2.* ubi post longam disputationem; an præsentatio, electio seu institutio possit fieri die feriatò ob honorem Dei, resoluit multis aliis Doctoribus relatis, quod licet isti actus sui primæ natura sint extrajudiciales, & per consequens quocumque tempore celebrari posse constet (& nos diximus supra; ) tamen si proposito edicto ad beneficii prohibitionem comparent aliqui, & se opponunt, dicentes proprietatem juris patronatus, vel quasi possessionem præsentandi non pertinere ad illos, qui prius præsentaverunt, nec ad aliquem alium, sed sibi comparenti tantum (juxta ea quæ ipse Lambert. in eodem tract. de jur. patr. 8. & 9. & 10. art. 1. q. princ. 2. p. lib. 2.) vel aliàs præsentatum ab alio compatrono criminofum esse, quod tunc non procederet extrajudicialiter in examinatione harum præsentationum, & prohibitione beneficii, sed fieri debere iudicium inter partes ex vi. & potentia juris patronatus in dubiam contradictionem redacti, & criminum oppositorum.

Et ut ipse Lambertin. advertit (& rectè, confusè tamen) in superiori loco citato, & art. 32. q. princ. 2. p. lib. 2. vers. bene dicere unum, &c. istas exceptiones & objectus dupliciter posse proponi, aut in ipso actu præsentandi, ut contingit, quando Patronus dicit: Præsentato personam Francisci Clerici ad gubernationem hujus beneficii vacantis, qui scientia, moribus, vitâ, & ætate habilis est, præsentatum verò ab aliis esse indignum, & criminofum, vel ad eorum præsentationem non esse instituendum, quia nihil juris patronatus habeat, &c. aut tunc litem hanc, & iudicium in ipso, scilicet, actu præsentandi non deducunt, sed postmodum in discursu negotii, & in isto ultimo casu, cum præsentatio conservet, & retineat suam propriam naturam, poterit fieri quocumque die, etiam feriatò ob honorem Dei, cum sit extrajudicialis, quousque in ipsa incidat questio juris patronatus.

patronatus & iudicium exceptionum cæterarum, quibus mediantibus, alteratur, & variatur natura præsentationis, & processus, qui erat extrajudicialis, efficitur judicialis; in priori autem casu, cum à principio ejus sit alterata natura, & effectus judicialis; quæ aliis actibus judicialibus descripta sunt, servari debent, argumento text. in *cap. constitut. 41. de electione, lib. 6.*

- 60 Facit etiam ad articulum, de quo agimus; quod dicit idem Lambert. in *12. art. 9. princ. 2. p. l. 2. fol. mihi, 166. in magnis. columna 4.* quod licet processus præsentationis, & institutionis sit extrajudicialis, tamen si apparet aliquis contradictor, vel compromissus aliquid obijciens, efficitur judicialis, ubi alia in propositum adducit. Et plus dicit in *4. art. 11. q. princ. 2. p. 2. l. n. 67. & seqq. fol. mihi 172.* ex Gay. in reperit. *cap. fin. de electione, lib. 6.* ubi communiter ab omnibus scripturis ibi notatur, loquendo in institutione, & confirmatione, quod si in eis comparet contradictor, sine dubio interveniet cause cognitio, & institutio dicitur vera sententia diffinitiva, maxime si cognosceretur de iuris præsentantium, quia per eam cognosceretur vetus Patronus, cæteris perpetuum silentium imponendo.
- 61 Et idem omnino esse affirmandum, quando nullus comparuit contradictor, sed superior discussit negotium ex officio cum vera cause cognitione, dando coadjutorem Curia, hoc est; Promotorem fiscalem, qui contra jurâ præsentantium, Patronorum, vel merita præsentati, aut formam præsentationis, & similis alleget, & opponat. Quod ita in practica servandum, dicit ipse Lambert. in *pluribus locis ibi citatis, secundum Gay. dict. c. fin. in 2. & 3. cod. de elect. lib. 6.* & idem quod Lambert. dicit Philip. Franch. in *c. constitutus el. 2. de appellat. col. 4. vers. sed certe melius loquendo in confirmatione*, sequitur Hostiens. & Immolam. Anton. de Butr. *ibi, & Joannem Andream in c. avaritia de electio. lib. 6.*
- 62 Quod quando adest contradictor opponens, cum tunc debeat procedi in ipsa cum causæ cognitione in contradictorio iudicio, & iudice judicialiter confirmante, confirmatio erit sententia diffinitiva; secus autem quando nullus adest contradictor, quia tunc superior confirmat non præmissa cause cognitione, sed cum simplici informatione animi sui, & extrajudicialiter; habet vim interloquutoria confirmatio, ut supra diximus; & idem dicit Bertachi. in reperit. *verbo confirmatio potest, sub num. 80. ad medium*, quod confirmatio prælatorum facta in contradictorio iudicio est sententia diffinitiva, & confirmat electionem aliàs nullam, secus si fiat de plano, & non contradictorio iudicio, sed extrajudicialiter, quia tunc est interloquutoria, allegat de hoc Bald. in additio. *ad Specula. de appellat. vers. scilicet pro diffinitiva, & gloss. in cap. fin. vers. inanes de electione in 6.* & ad id fecit etiam, quod ipse Bertach. *loco citato num. 100. ad medium*, dicit, quod confirmatio, cum petitur, & nullus se opponit, non requirit libellum, nec litis contestationem, secundum Specula. in *impositione titulo de libelli conceptione, §. nunc videndum, num. 6. & vers. 33.* facit etiam quod eleganter dicit Francis. Marcus *deciso. Delphin. 1357. lib. 1. ubi late, quem sequitur Cardin. Tusc. tomo 3. litera E concl. 90. num. 5.* quod confirmatio electionis si est facta solemniter, & in contradictorio iudicio, habet vim sententiæ diffinitivæ; si verò fiat sine contradictore, habet vim interloquutoria, & ad hos terminos est reduendus Zabar. *conf. 112. vers. scilicet ad secundum*, dum dicit, quod confirmatio electionis debet fieri per modum sententiæ, & vide eundem Tuscum *conclusionem 711. verbo, confirmatio quando habet vim diffinitiva.*
- 64 Facit etiam doctrina Felin. in *c. fin. de presumptio. num. 27.* ubi regulam firmat, quæ dicitur, executorem beneficii non teneri judicialiter procedere, si non vult, sed extrajudicialiter; limitat, quando comparet aliquis, qui prædendit aliquod præjudicium, quia ipse Salgado de Protect. Reg.

debet judicialiter audiri, & idem probant Innocentius & Hostiens. in *c. proposuit de collectione prebendæ.* Idem & Hostiens. in *cap. de cætero, de re iudic. idem & Joan. Andr. in cap. accepimus de atate, & qual. Petrus de Anchara in clem. 1. de offic. de leg. & Anton. Abb. & Immolam. in dict. c. fin. quos sequitur ipse Felin. reddens inde rationem, quia cum iste contradictor possit assumere in se onus probandi, impetrantem non esse idoneum, debet audiri; & idem dicit in *num. 26.* quod executor datus ad compellendum ordinarium collatorem, ut conferat alicui beneficium, si ipse opponit aliquas exceptiones legitimas, quæ eum excusent à collatione, debet judicialiter illum audiri, maxime cum prius debeat collatorem monere.*

Hæc doctrina Felin. & aliorum, ab omnibus modernis recepta, & infallibilis & indubitata est, ut constat ex Flores de Mena in *pract. q. q. 4. num. 31.* dicens ex Abb. & Felin. quod executor gratiæ, sive cum clausulis sonantibus monitionem, sive conditionem sonantibus, si tamen tertius appareat ante perfectam executionem, teneatur eum audiri, saltem in via summaria, & inquit ipsemet Flores *numero 22.* quod si aliquis sit in possessione alicui rei vel beneficii, etiam de facto, quod executor tenetur assumere partes iudicis & eum citare, & audire in forma judiciali, quod si hæc audientia intelligitur, argumento text. in *cap. licet Episcopus de prebendis in 6.* Innocent. in *cap. fin. de preben. & in cap. proposuit de collect. preben.* & aliis pluribus relatis & Navarro in *cap. cum contingat 3. nulli causa per totam de rescript. Everar. consil. 114. num. 2. fol. 114. Celsus consilio 89. num. 4.* Quintilia Mandol. in *regu-67 la 42. num. 3. 2. part. regularum Abb. & Felin. num. 24. in d. c. fin. & ideo quando & ex commissione resultat aliquod præjudicium alicui possidenti, ut putà; si ita concipiatur (si tibi constiterit, Franciscum esse simoniaicum, bigamum, irregularem, & similia, beneficium conferens Petro) quia tunc debet iste executor omnimodo partes iudicis assumere, citare, & audire in forma judiciali altera natura primæ provisionis, ita Abb. in *clemen. unic. de officio delega. Felin. in dict. cap. fin. n. 25.* August. Berouus in *cap. conquere me n. 11. de restitutione spoliati.* & ita sentit etiam Cavalca. *decisione 22. num. 3. 1. part. & Flores de Mena in dict. quest. 4. n. 28. & sursum 41. 42. & 43.* ubi desuper alia exempla constituit, quæ quoniam nos late sumus tractaturi in 5. parte infra tomo 3. cujus proprius locus erit executorum gratiarum Apostolicarum hinc omittimus.*

Et idem etiam, quod quando aliquis intrusus adest, vel aliàs legitimus contradictor apparet, executores teneantur assumere partes iudicis, & judicialiter procedere cum causæ cognitione & diffinitivæ sententiæ teneant extra relatos, Beroi. *consil. 13. volum. 1.* Flami. Paris. *lib. 11. qu. 10. nu. 15. nu. 33. & 34.* Marc. Anton. Genuens. *cap. 83. n. 4.* Rota in Pampi. *benef. de Allo de anno 1578. quæ habetur 1. p. diverso. decisione 102.* Nicolaus Garcia de *benef. 6. part. cap. 2. n. 110. & 106. & 141. usque ad 145.*

Qui etiam affirmant, quod si in literis Apostolicis directis executoribus, omissa sit dicta clausula (citatis citandis) tamen si adsit possessor non est amovendus, nisi præcesserit citatio, suadet text. in *c. licet Episcopus, de prebend. in 6.* Paris. *de refug. benefic. locis supra citatis, & Marius Anton. variar. resolutio. resol. 58. sub num. 8. lib. 1.* ac rectè probatur in *decis. 802. Domini tenuerunt. n. 8. p. 1. diverso.* Hieronym. Campan. *divers. jur. canoni. rubr. 11. cap. 13. à nu. 220. fol. 351.* suppeditque imprimis assertio illa ab omnibus uno ore probata, nec processio facti tradi debeat ab executeore non vocato possessore, & sine causæ cognitione, & videre licet apud Joannem Andr. in *cap. ordinarii de officio ordinarii in 6.* Abb. Gemin. Jo. Monachum, & alios relatos per eundem Paris. *d. q. 11. n. 16.* & alios quamplures Doctores citatos